

Scio episcopū semel pro adolescente quem
nō vidit orasse illūq; ilico demonio caruisse
Eū enā quidā infirmus incidi deberet: et de
eius morte ob incisionē plurimū timeret cū
infirmus cum multis lachrymis deū exorasset
eo et p eo Augustin⁹ orauit: et sine ali
qua incisione integrā sanitatē recepit. hec et
alia in vita sua facta legunt. post mortē vero
cōpertum est illū miraculis plurimis cornu
scasse. Ex quib; aliqua enarrabimus. **Po**
lendarius quidā in beatū Augustinū spe
cialem deuotionē habens: cum quandā infir
mitatē q̄ dicitur flegma saluz ī tibia pateret: bea
tum Augustinū deuote in sui adiutorū inuo
cabat. Cui per visum sanctus Augustin⁹ ap
paruit: et tibiā manu palpians integre resti
tuit sanitati: qui excitatus se liberatū inuenit
et deo et beato Augustino gratias reddidit.
Quidā puer cū vicio lapidis premeret: et de
cōsilio medicorū incidi deberet: mater pueri
mortis sibi timēs periculū beatū Augustinū
deuote in sui filij subsidium inuocauit. Sta
timq; fusa oratione vrinā cum lapide emisit
et plenā sanitatē recepit. **P**repositus cuius
dam ecclesie in beatū Augustinū multā deuo
tionem habens: cū per tres annos grauē in
firmitatē passus fuisset: ita vt de lecto surgere
nō valeret aduenientē solennitatē beati Au
gustini cū iam in ei⁹ vigilia ad vespertas pul
saretur ad rogandū sanctū Augustinū tota de
uotione se cōtulit. Cui in albis sanct⁹ augu
stinus apparēs dixit. Ecce assum totiens ad
te vocatus: surge cito et celebra mibi officiū
vesperinū. Qui san⁹ surgēs cunctis stupen
tibus ecclesia intrauit: et officiū deuote pe
git. **S**ecundo magnificauit deus beatū au
gustinū in corporis translatōe. Nam postq̄
gens barbara africa occupauit fideles corp⁹
Augustini ceperunt: et ipm in sardinia trās
tulerunt. Transactis autē ab ei⁹ obitu annis
ducentis octoginta. **L**uprandus deuotus
longobardorū rex audiens sardinia a sarras
enis depopulatā solēnes illuc nuncios mi
sit vt doctoris sancti reliquias papiam defer
rent. Qui magno precio dato corpus sancti
Augustini tulerūt: et vsq; ianuā portauerūt.
Nō deuotus rex audiēs vsq; ad predictā ci
uitatē cū magno gaudio eidē obuiauit et re
uerenter excepit. Cum autē mane vellent cor
pus illud deducere: nullo mō moueri potuit:
donec rex votū emisit q̄ si se inde deduci p
mitteret: ibidem in suo noīe ecclesia fabrica
ret: cum autē votū fecisset statim sine difficul
tate inde deductū est. Rex autem qd̄ vouerat
impleuit. Et ibidē in honore beati Augustini

ecclesia fabricauit. Idem miraculū die sequē
ti in quadā villa epatus terdonensis q̄ dicit
caselle cōgit. Et eo modo ibidē in honore
beati Augustini ecclesia fabricauit. **I**nsuper
villā ipam cū oibus appenditijs cōcessit ser
uientibus ecclesie sancti Augustini ppetuo
possidendā. Sicq; cum magno gaudio pa
piam deducit: et in ecclesia sancti petri q̄ ce
lum aureū dicit honorifice collocat. **T**er
cio magnificauit de⁹ beatū Augustinū in offi
cij celebratōe. Nam nō nisi deo inspirante
factum est vt ecclesia statuit vt officiū quat
tuor doctorū principalū Augustini vicē hie
ronymi et ambrosij atq; gregoriū solenniter
seu dupliciter celebraret. sicut ptz li. vi. de re
liquijs et venera. sanctorū. in .c. gloriosus de
us. **I**gitur Augustinū doctorē magnū vene
remur in terris: vt sic p illius merita cū ipso
regnare possim⁹ in celo. **U**bi xp̄o iesu frue
mur cum gaudio qui est benedictus in secula
seculorum. Amen.

Sermo quinquagesimus sextus de beato
Hieronymo: qui gloriā ingentē adeptus est
ppter scientiā penitentiā et patientiā.

Beatificauit illum
in gloria et circumcincit illū 30
na glorie. Scribūtur hec verba
Eccl. xlv. ca. Nescio qua copia et facultate
dicendi laudes Hieronimi gloriosi perora
ri possint qui tū doctrine vbertate: tū et imie
sanctitatis merito admirabilē ac venerandū
se cunctis mortalibus pbet. **I**s nāq; est quē
ecclesia sancta dei preclarissimū veritatis do
ctorem fatetur: eiusq; scripta roborat confir
mat atq; cōprobat et acceptat. sicut patet. xv.
di. decretorū. c. sancta romana ecclesia. **I**s est
qui in toto orbe a cunctis fidelibus summa
et singularissima deuotōe colitur: cuius no
men latitudinis terre cōpleuit. **I**s deniq; est
qui inter angelorū choros nō mediocri glo
ria fulget in regno celorū quem deus benedi
ctus stola immortalitatis decorauit. Quis
igitur audebit de hieronimo nō nisi balbu
tando loqui. **V**eruntūq; debito satisfaciā
cū in solēnitare ipsius de eo verba facere op⁹
sit: cum omni qua poterimus affectione de il
lius gloria tractabimus: de qua dicunt ver
ba pposita. **I**n quibus exprimit magnitudo
glorie hieronimi quā assecut⁹ est tam in bea
ta vita q̄ enā in presenti seculo. **Q**uare autē
hieronymus sit a deo gloriosus effect⁹. **T**ri
plex p̄t ratio assignari.

Prima dicitur scientie.

Secunda patientie.

Tercia penitentie.

Qualiter scientia hieronimi fuit a magistris eum docentibus causata: et quod simul cum illa habuit scienciam infusam: et qualiter alios doctores superavit in noticia diversorum ideomatum et multitudine historiarum et in utili scripture translatione.

Capitulum. i.

Prima ratio quare hieronimus gloriosus effectus est: et nomen grande sibi vendicavit in celo et in terra dicitur scientie: nam effusus sit in eo scientia rerum humanarum et divinarum. Et illa verbo et litteris communicavit. Danielis. xii. c. scribitur. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iustitiam erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Veruntamen in hac parte tria se ingerunt dubia declaranda.

Primum utrum scientia beati hieronimi fuit in eo a magistris eum docentibus causata.

Secundum utrum scientia hieronimi fuit acquisita.

Tercium utrum scientia hieronimi fuit excellentissima.

Ad primum dubium respondere possumus quod scientia hieronimi fuit in eo causata a magistris eum docentibus. Nam ut colligitur ex dictis eius in li. de viris illustribus: cum ipse genitus esset patre eusebio. xvi. anno imperii magni Constantini: in oppido stridonio quod a gothis eversum dalmatie quondam pannonieque confinium fuit cum parentibus in pueritia veniens romanam: viris insignibus traditus instruendus: nam in grammatica donatum habuit preceptorem: in rhetorica victorinum. Quantum vero in discendo laboraverit: ipse asserit in epistola ad oceanum: ubi scribit. Dum essem iuuenis nimio feruebam amore discendi: nec iuxta quorundam presumptionem ipse me docui: appollinare autem dimum antiochie frequenter et colui. Iam canis spargebat caput et magistrum potius decebat quam discipulum: perrexi tamen alexandriam. audiui dindimum in multis et gratias ago: quod quod nesciebam didici: et quod sciebam illo docente non perdidi. Veni rursus hierosolymam: bethleem quo labore: quo precio baraniam nocturnum habui preceptorem. Timebat enim indeos: et alterum mihi exhibebat Nicodemum. Et in epistola ad rusticum monachum inquit. Dum essem iuuenis. et me solitudinis deserta vallaret incertitudo viciorum: ardoremque nature ferre non poterant. Quam cum crebris ieiuniis frangerem: mens tamen cogitationibus estuabat: ad quam ebdomadam cuidam fratri qui ex hebreis crediderat. me in disciplinam dedidi. ut post quintilianum acumina. Ciceronisque

fluuios gravitatemque frontonis et lenitatem Plinii alphabetum discerem stridentia anhelantiaque verba meditarer: quid ibi laboris sumpserim: quid sustinuerim difficultatis: quotiens desperaverim: quotiens cessaverim: et contentione discendi rursus inceptim testis est conscientia tam mea qui passus sum: quam eorum qui mecum vitam duxerunt: et gratias ago domino quod de amaro semine litterarum dulcedinis fructus capio. hec ibi. Perrexit etiam constantinopolim ubi audiuit gregorium nazarenum. ut ipse testatur in. iiij. Et sic explanatum libro. Sed obviare quis potest quod videri homo alium docere nequeat. dicit namque dominus mat. xxiij. ca. Nolite vocari rabi. ubi dicit glo. Hieronimus divinum honorem hominibus tribuatis: esse ergo magistrum pertinet proprie ad divinum honorem. Sed docere est proprium magistrum: homo ergo non potest docere. Sed hoc est proprium dei. Rundertho. i. pre. q. cxvij. Quod circa hoc diverse fuerint opinioniones. Auerrois ei in commento terci de anima posuit unum intellectum possibilem esse omnibus hominibus. Et ex hoc sequeretur quod eadem species intelligibiles sunt omnibus hominibus. Et secundum hoc ponitur quod unus homo per doctrinam non causat aliam scientiam in altero ab ea quam ipse habet: sed communicat ei eandem scientiam quam ipse habet per hoc quod movet eum ad ordinandum fantasmatum in anima sua. ad hoc quod sit disposita convenienter ad intelligibilem apprehensionem. Que quidem opinio contraria ad hoc vera est: quod est eadem scientia in discipulo et magistro si consideretur identitas secundum unitatem rei scite. Eadem enim rei veritas est: quam cognoscit et discipulus et magister. Sed quantum ad hoc quod ponitur unum intellectum possibilem omnibus hominibus et eadem species intelligibiles differentes solum secundum diversa fantasmatum: falsa est eius opinio. alia est opinio platonice: quod posuerunt quod scientia inest a principio animabus nostris per participationem formarum separatarum. sicut etiam ponit. i. pre. q. lxxxiiij. sed anima ex unione corporis impeditur ne possit considerare libere ea quorum scientiam habet. Et secundum hoc discipulus a magistro non acquirit scientiam de novo: sed ab eo exercetur ad considerandum ea quorum scientiam habet: ut sic addiscere nil aliud est quam quodammodo reminisci sci. Sed hoc falsum est. quod intellectus possibilis anime humane est in potentia pura ad intelligibilia. ut dicit Aristoteles. in. iiij. de anima. Et ideo aliter dicendum est. Quod docens causat scientiam in discipulo reducendo ipsum de potentia in actum. sicut dicitur. viij. philosophorum. Ad cuius evidentiam considerandum est: quod effectus qui sunt ab exteriori principio: alius est ab exteriori principio: sicut forma domus causatur in materiam

ria solū ab arte. Aliquis autē est effectus: qñ
qñ quidē ab exteriori principio: qñqñ autē ab
interiori: sicut sanitas causat in infirmo. qñ
qñ quidē ab exteriori principio. s. ab arte me-
dicine: qñqñ autē ab interiori principio. cum
aliqñ sanat virtute nature. Et in talibz effe-
ctibus duo sunt attendenda. Primo quidē
qñ ars imitat naturā in sua operatiōe. Sicut
enī natura sanat infirmū alterādo: dirigēdo
et expellendo materiā que causat morbū: ita
et ars. Secūdo attendendū est. qñ principii
exterio. s. ars nō operat sicut principale agēs
sed sicut coadiuuās principale agens: qñ est
principiū interius: cōfortando ipm et minis-
trando ei instrumēta et auxilia qñbz vtatur
ad pducendū. Sicut medicus cōfortat na-
turā et adhibet ei cibos et medicinas quibz
natura vtat ad finē intentū. Sciētia autē ac-
quirīt in hoīe: et ab interiori princi. vt ptz in
eo qui per intentionē prīa sciētiā acquirīt.
Et a principio exteriori: vt ptz in eo qui addi-
scit. Inest enī vniciqñz hoī quoddā principi-
um sciētie. s. lumē intellectus agēis p qñ co-
gnoscunt statim a principio naturaliter que-
dam vniuersalia pncipia oīm sciētiarū. An-
tē aliquis hmoi vniuersalia principia ap-
plicat ad aliqua pncipia: quorū memoriā
et experimentū p sensum accipit: p inuentio-
nem prīa acqrit sciētiā eoz que nesciebat
et notis ad ignota pcedens. An et quilibet
docens ex his q discipulus nouit: ducit euz
in cognitionē eoz q ignorabat fm qñ dicit
in i. posterior. q oīs doctria et oīs disciplina
et pēstenti fit pgnitōe. Ducit autē magister
discipulū et p cognitis in cognitionē igno-
torum dupliciter. Primo quidē pponēdo ei
aliqua auxilia vel instrumēta qñbz intelle-
ctus ei vtat ad sciām acquirendā. puta cuz
pponit ei aliquas ppositiones minus vniuer-
sales: quas tñ ex p cognitis discipulū diu di-
care p: vel cū pponit ei aliqua sensibilia exē-
pla vel similia vel opposita vel aliqua hmoi
ex quibus intellectus addiscētis manuduci-
tur ad cognitionē veritatis ignote. Alio mō
cum cōfortat intellectū addiscētis: nō quidē
aliqua virtute actiua: quasi supioris nature:
qñ oēs intellectus humani sunt vnus grad⁹
in ordine nature. Sed in qñtum pponit disci-
pulo ordinē principioz ad cōclusiones: qui
forte p seipm nō haberet tantā virtutē colla-
tiua: vt ex principiis posset cōclusiones dedu-
cere. Et ideo dicit in i. posterior. q syllogis-
mus est demonstratio faciēs scire: et p hunc
modū ille qui demonstrat auditorē scientem
facit. homo ergo docens solummō exterius

ministerium adhibet sicut medicus sanans.
S; natura interior ē principalis cā sanatio-
nis. Ita et interius lumē intellectus est prin-
cipalis causa sciētie: vtrūqñ autē horū est a
deo. Et ideo sicut de deo dicitur. Qui sanat
oēs infirmitates tuas: ita de eo dicit qui do-
cet hominē sciētiā in qñtum lumē vult⁹ eius
sup nos signat. Secūdu dubiū fuit vtrū
sciētia hieronimī fuit acquisita. Ad qñ re-
spondem⁹ q reperit tria hoīm genera: qui
dam habēt sciētiā simpliciter acquisitam si-
cut hī qui ea que humanā rationē nō transcē-
dunt inuestigando et ab alijs audiēdo didi-
cerunt. Tales fuerūt illi de quibz hieronim⁹
in epla ad paulinū ait. Legimus in veteribz
historijs quosdā lustrasse puīcias nouos
adijsse populos maria transisse: vt eos quos
ex libris nouerāt corā qñz viderent: sic picta
goras mēphiticos vates: sic plato egyptum
et architā tarentinū eandēq oram italie que
quondā magna grecia dicebat laboriosissī-
me pagrauit: vt qui athenis magister erat et
potēs cuiusq doctrinas achademie gymna-
sia psonabant fieret pegrinus atq discipul⁹:
malens aliena verecunde discere qñ sua im-
pudenter ingerere: deniq cum litteras toto
quasi orbe fugientes psequitur captus a pi-
ratis et venundatus tyranno crudelissimo:
paruit vinctus et seruus. Tñ qñ p hīs maior
emente se fuit. Ad titū liuiū lacteo eloquētie
fonte manantē ex vltimis hispanie galliarū:
qñ finibz quosdā venisse nobiles legimus. Et
quos ad sui cōtemplationē romā nō trape-
sarvniū hoīs fama pduxit: habuit illa etas
inauditū oībz seculis celebrandūq mira-
culū: vt vrbem tantā ingressi aliud pter vrbē
qñrerēt. Appollonius ille siue magus vt vul-
gus loquit siue phs vt pictagorici tradunt
intrauit p las: ptransiuit caucasum, albanos:
scitas: massagetarū opulētissima indie regna
penetrauit et ad extremum latissime physon-
amne transmissio peruenit ad bragmanas vt
hiarcam in trono sedentē aureo et de tantali
fonte potantē: inter paucos discipulos de na-
tura: de moribz: de cursu dierū et syderū au-
diret docentē: inde per elamitas: babylonios
chaldeos: medos: assyrios: parthos: fenices
arabes: palestinos: reuersus alexandriā: pue-
nit ethiopiā. vt gymnosophistas et famosissi-
mam mensam solis videret in sabulo. Inue-
nit vbiq vir ille quid discere: vt semp pfici-
ens semper se melior fieret. Scripsit super
hoc plenissime octo voluminibus philostratus.
hec Hiero. Qui ostendit quanto labore
et studio pictagoras et plato ac appollonius

scientiā adepti fuerunt. **S**unt et alij qui scientiā habēt simpliciter infusam: sicut de apostolis dixim⁹: qui a spiritu sancto didicerunt oēm veritatē ad salutē necessariā. **T**ercij vero habēt scientiā acquisitā: et p̄ter illā adhuc habent scientiā infusam. hi fuerūt doctores ecclesie sancte: q̄ licz hūano studio liberales disciplinas didicerint: tū de rebz diuinis nō nisi a fonte spirit⁹ sancti acceperūt tā multa tāqz stupenda q̄ docuerūt et redegerūt in scriptis et vt de ceteris taceamus inspiciant libri q̄s **H**iero. scripsit et apte patebit ipm spiritu sancto inspiratū locutū fuisse. **T**ercij dubiū fuit vtrū scientiā hieronymi fuit excellentissima: et ad hoc rōdere possumus: q̄ in tribus hieronymus alios doctores excessit.

Primo in linguarū varietate.

Secundo in historiā multiplicitate.

Tercio in translationis vtilitate.

Primo fuit excellētissima scia **H**ieronimi qz doctores alios superauit in linguarū seu litterarū varietate. Fuit enī p̄tissimus in lris latinis grecis et hebraicis. **Q**uā de eo sic scribit **Aug⁹**. **S**anc⁹ hieronymus p̄byter greco latino et hebreo eloquio erudit⁹ i loc⁹ sanctis atqz in lris sacris vsqz ad decrepitā vixit etatē cuius nobis eloquiū ab oriente vsqz in occidentē instar solis lāpas resplenduit. **E**t **I**sid⁹. i. li. etbi. ait. **H**ieronim⁹ triū linguaz p̄itus extitit: cui⁹ interpretatio ceteris antefert qm̄ et verborū tenacior ē et p̄spicuitate snie clarioz atqz vtpote a xp̄iano interprete verior. i dialogo vero seueri sic de hieronymo dicūt. **H**ieronim⁹ p̄ter fidei meritū dotēqz virtutū nō solū latinis sed grecis atqz hebraicis litteris instruct⁹ ē. ita vt se illi in oī scia nemo audeat cōparare. **S**ecundo fuit excellēs doctrina hieronymi in historiā multiplicitate. **O**b quod ipse i expositionē danielis p̄p̄betē ait. **A**d intelligendas extremas danielis p̄tes multiplex grecorū historia necessaria est. **S**utorū videlicet et callinici: diodori: polibij: possidonij: theonis et andronici. iosephi q̄qz et eorū quos ponit iosephus: nostriqz liuij ac pōpei trogi: qui omnes extreme visiōis narrāt historiā. **E**t post alexandrū vsqz ad cesarē augustū **S**eleuci et anthiochi sirie et egypti ac ptolomeorū bella describūt. **E**t si qm̄ cogimur seculariū litteraz recordari: et aliqua dicere ex his que oī obmissim⁹: nō nostre ē voluntatis: sed grauissime vt ita dicā necessitatē vt probemus ea que a sanctis p̄phetis āte secula multa p̄dicta sunt tam grecorū qz latino rū ac aliaz gentiū litteris p̄neri. hec ibi. vbi **H**iero. ostendit se historiā nouiciā copio-

sissime habuisse. **T**ercio fuit excellēs scientiā hieronymi in translationis vtilitate. **Q**uāta namqz volumina veteris testamēti p̄ de greco: postea vero veratiore editione de hebraico transtulit in latinū. **E**x qua translatione lucet ecclē dei veritas scripturaz sanctaz ordinavit insup officiū ecclesiasticū. vt enī refert iohannes beletb. **C**um oī vnusquisqz caueret qd volebat: theodosius imperator rogauit damasum papā vt alicui viro docto officiū ecclesiasticū p̄misteret ordinandū. **Q**ui sciens hieronymū in oī scientia summū eidē officiū p̄dictū cōmisit. hieronymus itaqz psalteriū per ferias distinxit. **E**t vnicuiqz ferie nocturnū p̄p̄rium assignauit ac gloria patri in fine cuiuslibet psalmi dicendū instituit. **D**einde epl̄as et euāgelia p̄ anni circulum decantandas. ceteraz ad officiū p̄tinentia p̄ter cantū rationabiliter ordinauit misit quod fecerat de bethleem ad summū pontificē et ab eo autenticatū p̄petuo fuit et approbatum.

De patientia hieronymi in persecutionibus malorū clericorū et aliorū qui sibi iniudebāt ac hereticorū quos cōuicebat.

Capitulū. ij.

Secunda rō quare hieronymus gloriam grandē adeptus est dicif patientie p̄batus quippe fuit et examinatus in fornace p̄secutionū quas iniuste passus est: q̄ in triplici differētia distingui possunt scz.

Clericorum.

Emulorum.

Hereticorum.

Primo passus est p̄secutiones clericorum. **N**ā vt in sua legenda narrat: dū esset annorū triginta vel paulo plus in romana ecclesia p̄sbyter cardinalis ordinatus est. **B**ortuo vero liberio papa: hieronymus dignus summo sacerdotio ab oībus acclamabāt. **S**ed dū quorundā clericorū et monachorū lasciniā increparet: illi nimis indignati insidias ei parauerūt et p̄ vestē muliebriē. vt ait **Jo. beletb** turpiter ē derisus. **N**ā cū hieronim⁹ ad matutinū solito more surgeret vestem mulieris quā emuli iuxta lectū posuerāt reperiret: suāqz credēs esse induit et in ecclesiā sic p̄cessit: verisimile est q̄ vestis illa aliquā p̄formitatē ad vestē eius habuisset. **E**t in ecclesiā sic p̄cessit: hoc autē illi nequā faciebant vt mulierē in thalamo habere crederet. **Q**uod ille videns locū ire dare disposuit. **I**taqz ex vrbe discessit: et de suo recessu sic ipse scribit i epl̄a ad rufinum. **D**ense augustis statibus ethereis cū sancto vincētio p̄sbytero et adolēscēte fraatre et alijs monachis qui nunc hierosolymē

comorantur nauem in romano portu con-
scendi: maxima me sanctorum frequentia profe-
quente veni regium: in siculo litore paululum ste-
ti: ubi veteres didici fabulas et precipitem fal-
laciis vlytis cursum: et syrenarum cantica: in-
satiabile caribdis voragine. Deinde ut ibidem
asserit periret ciprius: et post profectus est antio-
chia: de post media: deinde intravit hieroso-
lyma. inde descendit egyptum: et tandem venit
constantinopolim ad Gregorium nazanzenum.
Secundo passus est beatus hieronymus
persecutiones emulorum: quod invidia mortis: suo la-
bori quod necessario et utilissimo: quem in transla-
tione scripture subiit semper detrahebant. Nam
plerique damnabant eum quoniam superflue egisset trans-
ferendo ea que iam per septuaginta interpretes
translata fuerant: per quibus ipse dicit in prologo in
libris paralipomenon scribens ad cromatiu[m]
Si septuaginta interpretum pura et ut ab eis
in grecum versa est editio: permaneret superflue
mi cromati episcoporum sanctissime atque doctissime
impelleres ut hebreorum volumina latino sermo-
ne transferre. Quod ei semel aures hominum occu-
pauerat et nascentis ecclesie roborauerat fi-
dem: iustum erat etiam nostro silentio comprobari.
Nunc vero cum per varietate regionum: diuersa
ferantur exemplaria et germana illa antiqua
que translatio corrupta sit atque violata: nostri
arbitrii putas aut pluribus indicare quod verum
sit: aut nouum opus in veteri opere cedere: illu-
dentibusque iudeis cornicibus ut dicitur oculos con-
figere. hec ibi. ubi ostendit quod translatio septua-
ginta per multos corrupta fuerat. Insuper et se-
quitur in eadem epistola ostendens quod erat diminui-
ta inquit. Scripsi nunc librum de optimo ge-
nere interpretandi: ostendens illa de euange-
lio. Ex egypto vocavi filium meum. et quoniam naza-
reus vocabitur. Et videbunt in quem propinquerunt.
Et illud apostoli. Que oculus non vidit: nec au-
ris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt: que pre-
parauit deus diligentibus se: ceteraque his similia
hebreorum libris inuenire certe apostoli et euangelisti
se septuaginta interpretes nouerant. Et vnde
eis hec dicere que in septuaginta non habentur.
Christus deus noster utriusque testamenti adi-
tor in euangelio secundum iohannem. Qui credit in-
quit in me sicut dicit scriptura: flumina de ve-
tre eius fluent aque viue: utique scriptum est quod
saluator scriptum esse testatur: ubi scriptum est se-
ptuaginta non habet: apocrypha nescit ecclesia.
ad hebreos ergo reuertendum est. vnde et dominus lo-
quitur et discipuli exempla presumunt: hec pa-
ter veterum loquor: et obtreccationibus meis in-
rideo: quod canino dente me rodunt. Et in epistola
ad dominionem et rogatianum ita scribit. Quod

grecorum historias magis intelligunt quam athenas
viderint. Et tertium virgilii librum qui a troade
leuchaten: et a crocherauma ad siciliam: et inde
ad ostia tiberina nauigant. Ita sancta scri-
ptura lucidius intuebitur qui iudeis oculis con-
templatur est. Et antiquarum urbium memorias
locorumque vel eadem vocabula: vel mutata co-
gnouerit: vnde et nobis cure fuit cum eruditissi-
mis hebreorum hunc laborem subire ut circuire-
mus puincia quam vniuersae christi ecclesie sonant.
Fateor enim mi dominionem et rogatianem charis-
simi nunquam me in diuinis voluminibus propriis
viribus credidisse: nec habuisse magistrum opi-
nionem meam. Sed etiam ea de quibus scire me ar-
bitrabar: interrogare me solitum. Quanto ma-
gis de his super quibus anceps eram. Denique cum a
me nunc litteris flagitassetis: ut vobis para-
lipomenon latino sermone transferre de ty-
beria de legis quendam auctorem quem apud hebre-
os admirationi habebat assumpsi. Et concu-
li cum eo a vertice ut aiunt usque ad extremum vn-
guem. Et sic confirmatus ausus sum facere quod
iubebat. libere enim vobis loquor: ita et i gre-
cis et in latinis codicibus hic nomen liber vi-
ciosus est: ut non tam hebreorum quam barbara quedam
et samaritica nomina congesta arbitrandum sit.
Nec hoc septuaginta interpretibus qui spiritu
sancto pleni erant ea que vera fuerunt transla-
lerunt: sed scriptorum culpe ascribendum: dum de
inemendatis inemendata scriptitant: et sepe
tria nomina subtractis e medio sillabis in vnum
vocabulum cogunt: vel e regione vnum nomen pro-
pter latitudinem suam in duo vel tria vocabula
diuidunt. hec ibi. Item in prologo in libro iob
inquit. Cogor per singulos diuine scripture
libros aduersario respondere maledictus. Et insu-
pra. Demini me ob intelligentiam huius volu-
minis iudeum quendam preceptorum quem apud hebre-
os primus haberi putabat: non prius redemis-
se numis. Qui doctrina an aliquid profecerim
nescio: hoc vnum scio non potuisse me interpre-
tari: nisi quod ante intellexeram. Et post multa ait
ibi Hiero. Audiatur quapropter canes mei iccir-
co me in hoc volumine laborasse: non ut inter-
pretationem antiquam reprehenderem: sed ut
ea que in illa aut obscura sunt aut obmissa: aut
certe scriptorum vicio deprauata manifestiora
nostra interpretatione fieret quod et hebreum sermo-
nem ex parte didicimus. Et in latino pene ab
ipsis cunabulis inter grammaticos et rhetores
et philosophos nutriti vel detriti sumus? quod si apud gre-
cos post septuaginta editionem iam christi euang-
elio coruscante iudeus aquila. et simachus
ac theodotion iudaizantes heretici sunt rece-
pti: qui multa mysteria saluatoris subdola
aa iij

interpretatione celarunt. Et tñ in exemplarijs habent apud ecclesias et explanant ab ecclesiasticis viris: quāto magis ego xpianus de parentibz xpianis et vexillum crucis in mea fronte portans: cui? studiū fuit omīssa repetere et deprauata corrigere et sacramēta ecclesie puro ac fideli apire sermōe: vel a fastidiosis vel a malignis lectoribz nō debeo reprobari. **T**ercio passus est beatus hieronimus persecutiones hereticorū arrianorū vīc: vt ipse scribit in eplā ad damasum papā: quos oēs potēter euicit et xpiana documēta publice defensauit: quāta vero hieronymus passus sit a fictis amicis ipse declarat in eplā ad asellam. In oībus tamē modestiā seruans nō nisi propter deū et p̄rimorū vtilitatē sibi falso detrahentes rōnabiliter obiurgabat.

De austeritate penitētie hieronymi: i qua quadriennio pseuerauit: ob quā accepit mercedem celestis regnī.

Capitulum. iij.

Tercia ratio qz hieronymus gloriā copiosam obtinuit dicit penitētie: de qua cōsideremus tria.

Primo austeritatem.

Secundo diuturnitatem.

Tercio vtilitatem.

Primo cōsideremus de penitētia hieronymi austeritatē. Hanc ipse declarat in epistola ad Eustochiū: vbi sic scribit. Quoties in heremo cōstitutus in illa vasta solitudine: que exusta solis ardoribus: horridū monachis prestat habitaculū: putabā me romanis delictijs interesse: horrebant sacco membra deformia. Iqualida cutis sicut et biopice carnis obduerat: quotidie lachryme: quotidie gemitus. Et si quādo repugnante somnus imminens oppressisset: nuda humo vix ossa herentia collidebā: de cibis vero et potu taceo: cū etiam languentes monachi: aqua frigida vix vtant: et coctū aliqd accepisse: luxuria sit. **N**le igitur ego qui ob gebenne metū tali me carceri ipse damnauerā: scorpionū tñ socius et ferarū sepe choris intererā puellaz: pallebāt ora ieiunij: et mens desiderij estuabat i frigido corpore: et ante hoīem iam sua carne p̄ mortuū: sola libidinuꝝ incendia bulliebant. Itaqz omni auxilio destitutus ad iesu iacebam pedes: rigabā lachrymis et crine tergebā: et repugnante carnē ebdomadārū inedia subiugabā. Et inframemini me diē crebro fuisse cū nocte: nec prius a pectoris cessasse verberibz q̄ rediret dño increpante tranquillitas: ipam qz cellulā meā quasi cogitationum mearū cōsciam p̄tumescebā: et inibimet

fratrus et rigidus solus deserta penetrabam. Sicubi cōcaua vallū: aspera montū: rupiū prurupta cernebā. **I**bi mee orōnis locus: ibi illud miserrime carnis ergastulū. Et vt mibi testis est dñs p̄ mltas lachrymas: post celos oculos inherētes: nōnunq̄ videbāt mibi interesse agminibz angelorū. **S**ecūdo cōsideremus de penitētia hieronymi diuturnitatē. **N**ā licet fuisset oībus diebus vite sue in laboribus et penitētia: tñ in illa p̄nia sic dura quadriennio pseuerauit. Qua pacta ad bethleem oppidū remeauit: impetrauitqz ab epō cirillo locū habitandi: vbi monasteriū p̄struxit: cū monachis habitauit: multos autē ibi dem discipulos coadunans in sancto p̄posito et translatōe scripturarū quinquaginta annis et sex mensibz desudauit. **T**anta deniqz lassitudine fatigat? est: vt in stratu suo iacēs: funiculo ad trabē suspensio supinis manibz se leuaret. **T**ercio cōsideremus de p̄nia hieronymi vtilitatē: affecit? nāqz est p̄ illa suisqz laboribz mercedem p̄petuā celestis regnī. **N**am octuagesimo octauo anno etatis sue. Duodecimo p̄o anno imperij iunioris theodosij: in senectute bona migravit ad dominū. Si qz vero aliquid de transitu eius noscere cupiat: legat transitū eius: qui licet inter scripturas apocryphas numeret: tamē multa sunt ibi verisimilia q̄ in felici dormitione hieronymi occurrere potuerūt. Sicut est deuota sacramēti eucharistie susceptio: circumstantium exhortatio: et in terra obdormitio: atqz aīe illius ad celū deductio. Felix igit aīa illius q̄ in bethleem onere carnis depositus: indubitanter p̄perauit ad xpm cū q̄ lerat in eterna requie. **A**d quā nos meritis eius p̄ducit clemētia saluatoris qui viuit et regnat in secula seculorū. Amen.

Sermo quinquagesimus septim⁹ de sancto Benedicto gloriosissimo patre monachorum.

Dilectus deo et hominibus cuius memoria in benedictione est. **S**cribunt hec verba originaliter Eccl. xlv. c. Cogit me sanctitas eximia beati benedicti: vt eius amplissimas laudes perorare debeā. De quo licet scripserit abunde Grego. in. ij. dialo. libro: tamē vt hoc dicendi ordine: quo ad populū loqui cōsueuimus: eius p̄conia audientibz illucēcat: in p̄nti sermone aliqua et multis breuiter explicabimus. **N**ā vt in sequētibz apparebit inter sanctorū ordines: nō mediocrē que in finem obtinet locū: quippe cū eius noi opera